

Fragment of text from the adjacent page, showing several lines of handwritten script in a historical cursive hand. The visible characters include 'M', 'V', 'M', 'M', 'A', 'A', 'M', 'A', 'X', 'X', 'I', 'I'.



XXXIV

36

ELIAE REVSNERI
LEORINI


ORATIO
CONTRA
FVRORES TVR-
CICOS

Παραμυθητική

Recitata in Academia Salana Prid. Cal.
Ianuar. ineuntis anni M. D. XCV.



REVERENDISS.
NOBILISSIMO QVE DO-
mino IOANNI LOESERO, Electura
Saxonica Marischallo hereditario, & Propo-
sito Cathedralis Ecclesie Numburgensis,
summa observantia ergo
dedicata.



IENAE

Ex Typographico Tobia Steinmanni.

35.

6.



1781
LIVIA F. W. B. R. I.
L. E. O. R. I. X.

O R A T I O

C O N T R A
F V R O R E S T V R.

C I C O S

1781

Rechnung über den Bestand der
Lauter. meines und m. d. xev.

R E U B E N D I S S

W O R T E R B U C H

des HERRN JOHANNES

CHRISTOPH VON

WILHELM

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781

1781





AD REVERENDVM ET VE-
RE NOBILEM AC STRENVVM VIRVM D. IO-
ANNEM LOESBRVM in Pretsch, Electuræ Saxo-
nicæ Mareschallum hæreditarium, & Cathe-
dralis Ecclesiæ Numburgensis
Præpositum,

ELIAE REVSNERI LEO-
RINI ODARION.



Inclitorum Saxonie Ducum

Amor fidelis, nobilium ô virum

LOESERE splendor, quo canam te
Carminè, quove sonore plectri?

Cæleste verbi salvifici thymum,

Et pura cordi religio est tibi:

Te magna doctrina parata

Copia, & ingeniosioris

Innata virtus stipat acuminis:

Rectèq; agendi dexteritas manum,

Pectusq; prudens multitudo

Consilij melioris armat.

O te beatum bis ter & amplius!

O nobilem te bis ter & amplius!

Qui dona tot juncti verustis

Tantaq; imaginibus parentum,

Summus Magister nempe Equitum clues:

(Quem Marischallum Saxonie vocant

Septemviratus præpotentis)

Dignus honore vel ampliore,

Numburgicum te Præpositum virum

Hinc ordo legit nobilis & sacer

A 2

Favente

6.



Favente plausu: non sine ipsis
Sideribus patrioq; calo.
Numen, benignum numen, in omnibus
Cui fata parent subdita, proprio
Hac administravit gubernans
Numine, consilioq; sancto.
Maeste, atantis maeste animi bonis
LOESERE Praesul maxime & optime:
Ac impolitas has Camænas
Suscipe fronte, precor, serena.
Sic te beatum Diva Trias regat:
Sic te periculis praestet ab omnibus
Tutum: Salus sic sospitet te,
Innumerisq; bonis perennet.



RECTOR

RECTOR ACAD E-
M I. AE I E N E N S I S.

NON POSSUMUS
QVIDEM NON PROBARE GRAVIS-
simum illud Ciceronis iudicium: qui
dulce ait esse nomen pacis, rem verò
ipsam tum jucundam, tum salutarem,
qua non modò ea, quibus sensum
natura dedit, sed etiam tecta atq; agri lætari vide-
antur. Nam in pace, quod apud Herodotum
Cræsus prudentissimè Cyro subjicit, liberi paren-
tes senio confectos terris inferunt: sed in bello pa-
rentes liberos ab hoste cæsos infelici tellure obru-
unt: ut jam cætera cum hujus mala, tum illius infi-
nita propemodum & innumera bona, silentio præ-
tervehamur. Et hanc quidem ipsam ob causam
omnia sapientes prius consilio, quàm armis expe-
riuntur: neq; γλυκὸν πόλεμον, nisi ἀπείροισι, qui re-
rum imperiti omnium suam concoquere felicitatē
non possunt. Interim verò neminem opinamur
esse, qui nesciat, quàm justis & necessariis causis
Germaniæ Principes coacti sint ad arma sumenda
contra Turcica gentis perfidæ & immanissimæ la-
trocinia: quæ non tantum Pannoniam ferè univers-
sam redegerunt in solitudinem; sed etiam ipsam
petunt Germaniam, adeoq; Provincias omnes; quæ
orbis Christiani nomine censentur. Nostri enim
magistratus verè sunt ἀμυνόμενοι, neq; vim priores
intulerunt, sed illatam defendunt & propulsant:
quod ratio doctis, necessitas barbaris, mos gentib.

A 3 & feris

& feris ipsa natura præscripsit. Neq; verò penſi ha-
bere poſſumus eorum nugas: qui Turcicam extol-
lunt clementiam, potentiam prædicant, felicitatem
jactant: quaſi omnem ludant operam illi, qui con-
tra hos prædones armis tueri patriam conentur.
Religionem enim Chriſtianam partim aperta vi,
quod Turcæ factitant, everſis templis opprimere;
partim occulta fraude, ſollicitatis ad defectionem
eorum animis, quos præmiorum ſuorum *Θελκῆσθῆναι*
ineſcare poſſunt, excindere; liberos homines in ſer-
vitutem ipſa morte durioſam abducere, honeſtas
leges abolere, virgines & matronas ad nefanda ſtu-
pra rapere, pueros Mahometicis ſacris initiare, vi-
ctos loco pecudum habere; hæc omnia ſi quis le-
nitatis & clementiæ argumenta duxerit, ne is dignus
eſt, qui hanc *ἐπιείκεια* cum ſuis omnibus experia-
tur. Non quidem negare poſſumus, quod poten-
tiſſimum ſit Imperium Turcicum, & quaſi adaman-
te (quod ſuo de regno Dionyſius gloriabatur) colli-
gatum: quin & infeliciter hæcenus ceſſerunt omnes
expeditiones, quæ contra Scythicum hunc domi-
natum ſuſceptæ fuerunt: quæ tamen calamitas non
tam ad ſingularem hoſtium virtutem, quam ad im-
pietatem & ignaviam noſtram referenda. Agite, ve-
ra & ſeria pœnitentia Deum nobis propitium red-
damus, aſſiduis rem geramus precibus: Magiſtratus
doctrinæ cœleſtis veritatem non vel negligent, vel
extinctam cupiant; ſubditos non vexent injuriis,
rapinis non exhauriant, novis oneribus non oppri-
mant: ipſi vero cives non impii ſint in Deum, non
refractarii, non luxui & libidinibus dediti: conſilia
ſenum & lanceæ virorum præcellant: domi concor-
diter vivamus, & mutuas in hoſte communi re-
vellendo

pellendo tradamus operas : Duces non tam ex nobilitate, quam ex virtute legantur ; qui non cervi, sed leones sint ; nec tam privatum spectent lucellum quam publicum quærant commodum : Miles non ex impurissima hominum fece conscribatur, sed ex honestis cogatur civibus, qui habeant pro quibus arma ferant ; & non tam hostem, quam Imperatorem vereri adsuescant : disciplina militaris, quæ jamdudum collapsa, instauretur : & præmia conferantur strenuis, quocunq; sint ex hominum ordine : poenæ verò ignavis, & præsertim iis, qui pecuniis corrupti publicam salutem produnt, irrogentur gravissimæ : non desint stipendia militi : commeatus non deficiat : hostis haud contemnatur : nec vel per ebrietatem, vel per securitatem res segnius administraretur : socii maioribus non afficiantur cladibus, quam hostes : animo præsentis simus & intrepidus : & satius esse ducamus honestè mori, quam turpiter vivere : nec quisquam sit, qui sibi tributum in acie locum cum Atheniensibus ad Chæroneam corpore suo tegere non malit, quam ignominiosa fuga salutem quærere. Hæc omnia si curæ nobis esse patiamur : nihil erit causæ, cur hujus potentiam & felicitatem hostis tantopere formidemus. Sed de his plura, quam oportet. Hannibal Phormionem, qui de rebus diserebat bellicis, senem esse delirum judicabat ; & Gisconem eandem ob causam de suggesto præcipitem deiciebat : quod idem & nobis uluvenire poterat : quamvis & iis, qui non quidem in castris, sed in scholarum umbraculis versantur, illa καθολικὰ θεωρήματα ignota esse non possint. Et certè Caucaso duriores oportet

6.

portet eos esse, qui tantis in periculis horum malorum cura non afficiuntur: quorum stupor in exquisitissimi doloris sensum, quamvis malè non ominari velimus, abiturus est. Laudem itaque summam meretur Vir Clariss. & Excellentiss. D. ELIAS REVSNERVS, Medicinæ Licentiatus, Poeseos & Historiarum Professor publicus, & Collegii Philosophici Decanus spectatissimus: qui sollicitus de salute publica Carmen scripsit egregium DE TYR-
CICA TYRANNIDE, & de remediis, quæ huic malo in tanta omnium trepidatione opponenda sint: quod cum die perendino hora IX. pro meridiana recitaturus sit; omnes Academiae nostræ cives partim rogatos, partim admonitos volumus: ut frequentes confluant, & aures viro clarissimo non inviti præbeant: cuius & temporis & opellæ neminem, quod scimus, poenitebit. DEVS, qui exsurgens suos dissipat inimicos, ingruentem horum bellorum tempestatem a nobis clementer avertat, & his in terris Ecclesiam sibi ad omnem usq; posteritatem colligat: idque propter nominis sui gloriam: quam cum Mahometistæ proculcare cupiant, brevi quod speramus, cum Iuliano apostata exclamare cogentur: Vicisti tandem Galilæe. P. P. Ienæ 29. Xbris. A. O. R. clb lb XCIV.



ORATIO



O R A T I O
C O N T R A F V R O R E S
T V R C I C O S παραμυθτικῆ.



*Am vetus emeritis exit dum cursibus
annus:*

Tempus & hoc, divūm cœlesti numine, Psal. 33. v.
16.
vivi

*Attigimus, tot acerba inter discrimina
rerum,*

*Tot scelerum facies inter, sortisq; procellas
Vesana, toto quas Mars ferus excitat orbe:*

Christe sator rerum, magnum Patris incrementum, Ioan. 1. v.
3.
Patris inexhaustusq; vigor, virtusq; perennis; 1. Cor. 1.
v. 24.

Qui nova progenies cœlo demissus ab alto,
Venisti in terras, mortis caligine pressas; Luc. 1. v.
79.

*Rore abolere suo nostras veterumq; parentum
Sordes: eia novum produc feliciter annum:* 1. Ioan. 1.
v. 8.

Cumq; novo hoc anno nova pectora finge: refinge Ezech. 36.
v. 26.
Pectora: qua veteris sceleris sint pura: sacrata

Qua tua iussa colant, noctesq; diesq; revolvant: Psal. 1. v. 2.

Cum vitijs qua bella gerant: astissima: queq; Rom. 6. v.
12.

A recto caveant deflectere tramite vita. Psal. 65. v.
3.

Nos etiam, qui te pateris prece supplice vinci,

CHRISTE tuâ dextrâ mala per tot, perq; pericla

Protege: sis placidus: pacemq; ante omnia, pacem

Presta: atq; horrifonas Martis depelle procellas. Psal. 65. v.
8.

Eheu! quàm miseros densissima turba malorum

B

Circum-

6.



Circumstat! quàm Turca ferox atq; efferus hostis,
 Ezech. 38. Vsq; ab hyperboreis progressus milite campis,
 v. 15. Imminer. (heu!) nostris cervicibus! omnia bello
 Infestans tristi; & furiali concitus æstro,
 Apoc. 20. Christiadam rabidè iugulum per vulnera poscens!
 v. 9. Non illi nervi, non vires, telave desunt
 Ferrea; non hasta, pingues nec cadibus enses;
 Impius aut miles, rigidis furibundus in armis:
 Sed quot aves motu nituntur in aëra pennis,
 Aequore quotq; natant pisces, Zephyro quot arena
 Apoc. 20. Turbantur Libyci maris; & quot sidera campis
 v. 8. Ezech. h. 38. Fulgent æthereis: tot millia multa latronum
 v. 9. 15. Ipse suo agglomerat lateri latro Turca cruentus.
 16. Colluvie hac cinctus, violento pectore Martem
 Ezech. 38. Indomitum spirans, latè ingruit undiq;: & omnes
 v. 11. 12. Mœnibus excisis invadit & occupat urbes:
 13: Jam sua (scilicet) esse ratus terrâq; mariq;
 Omnia, quàm magnum lustrat Sol aureus orbem.
 Hinc tantis opibus cælo capita ardua tollit;
 Et iam nunc adeò mortalia despicit arma:
 Impius ut magnis ausit concurrere divis.
 Hinc & fœderibus ruptis in pralia reges
 Nunc hos, nunc illos cogit: sibi nata suisq;
 Iura negans: rabido hinc fanda atq; infanda furor:
 Miscet: & infesto tentat fortissima ferro:
 Vsq; adeò nihil intactum, nil linquit in ausum:
 Quà ruit, excidio validas deformat, & imis
 A fundamentis evertit barbarus arces:
 Vastat & ignivori urbes ac templa ruinis.
 Quid loquar? ut præceps, violenti fulminis instar.
 Dan. 7. v. Edat in adversos multo cum sanguine cladem:
 21. Christicolùm accumulans ingenti cade catervas.

Quid

Quid memorem tormenta, necat quis Turca misellos?
 Non secus atq; rapax proiecta cadauera vultur
 Devorat, aut stimulante fame lupo improbus agnam;
 Aut ferus accipiter sublimem in nube columbam
 Aufert apprensam, pedibusq; eviscerat uncis:
 Sic adamantem Vulcanum hic naribus efflans;
 Attollensq; oculos vasani demonis instar;
 Comprensos rapit infantes; & viscera nudat,
 (Horrendum visu!) verubusq; trementia figit.
 Intrepidis animis quod si Mavortia contra
 Tela steteret, horum figit praecordia telo;
 Strangulat aut ora, aut caput à vertice revellit:
 Et sic per laceros proiecta cadauera campos
 Dilanianda feris, per summa opprobria, prabet.

Hic etiam videas, suadet quas dira libido,
 Turpia captivas raptari ad supra puellas:
 Et gemere atq; infanda pati ludibria victos.
 Nam vinculis raptos per inhospita tesqua, per undas,
 Et nutum servare suum, mentitaq; sacra
 Amplecti cogit Mahometis, dogmate CHRISTI
 (Proh scelus!) abjecto: duroq; labore fatigans,
 Perpetuo macerat squallore, fameq; sitiq;.

Singula quid referam? non est immanius ullum,
 Tristius aut illo monstrum: nec se vior ulla
 Pestis, & ira deum Stygijs sese extulit undis.

Huic sua crudeli Bithynia colla tyranno
 Flexit: dives & Ionia, & Rhodopeia regna,
 Pinguiq; arva soli Pharij, & Peneia tempe,
 Terraq; Amynthiada quondam regnata Philippo:
 Epirus quoq; Chaonia, & gens omnis Eoa
 Dives opum, bellax, varia armis, dissona linguis,
 Collapsa in cineres ipsa perijstis Athena,
 Hospitium quondam Musarum dulce, domuq;

Bithynia
 1327.
 Thracia
 1360.
 Aegyptus
 1516.
 Thessalia
 1393.
 Macedonia
 a 1431.
 Epirus
 1466.

B 2

Divum 1466.

6.

Constanti-
nopolis
r. 453. 29.
Maij.

Divum, facta armis, populis dominata superbis.
Tu quoque, Romulidum quondam gratissima sedes
Induperatorum Byzantium, atque altera Roma,
Nunc grave servitium pateris, rabiemque furentem
Persentis Mahometigenum. Quis, Gracia, dignis
Deploret tua fata modis? quis tristia dicat
Funera, & exhaustos adverso Marte labores?
Quid multa? ipsius cesserunt omnia fati;

Dan. 7. v.
21.

Sive mari populis, seu terrâ bella ciceret.

Nunc quoque barbaricas vires, Scythicumque furorē
Experiuntur adhuc (heu!) magnâ clade suorum,
Pannonia qui regna colunt terrasque Liburnum,
Et quotquot populos septemfluvius alluit Ister.

Ergone sic animis fractis, sic corda dolore
Percussis, placitum est nostra diffidere causa?
Sepositisque armis, dominis parere superbis?
Et fera iussa pati, aut letho dare colla domanda?
Non ita: Sed nomen, sed honos, sed gloria Christi,
Christique arabido hoc Ecclesia pressa Tyranno,
Pulcraque libertas, patriaque amor, excitet arma
Arma sequi: stimulos animo sua propria virtus
Subdat; & audentes magnâ vi mittat in hostem.
Ipsa etiam somnum rumpant incendia, nostros
Iam raptura lares: patimur dum sumere vires
Vulcanum, & flammâ populari proxima quaque
Ipsa etiam captivorum suspiria crebra,
Plangorūque, & lacryma, sensaque ad sidera palma
Arma rogant; arma arma fremunt, nostrumque subinde
Auxilium implorant: atque hanc concordibus armis
Perjuram stygiamque instant disperdere gentem:
Aut saltem dulci pro libertate, focique
Atque aris, pulcrâ petere hæc per vulnera mortem.

1. Mach. 2.
v. 50

Ergo si quis amor patriæ, si gloria Christi,
Si miserum lacryma, si virtus vestra, salusque

Et Germana fides, fallacis nescia fuit,
Vobis, o Proceres, cordi est: offerte labori
Vos pulcro: capite arma manu: Scythicumq; furorem
Frenate: infandamq; ipso cum nomine gentem
Delentes, Phlegetontas demittite ad undas,
Quo res cunq; cadent, nec quisquam laudis egebit
Vivus, & aeterno moriens celebrabitur avo.

Ibid. v. 57.

At grave Martis opus, lethum & pro laude pacisci,
spiculaq; & longas hastas & fulmina nitri
Excipere objectu laserum, provincia dura est?
Esto. Sed tamen iste labor pius, atq; supremo
Acceptus Domino est, & vel sublimior omni
Martyrio: si divina pro lege, salute
Pro patria, pro conjugibus, natisq; tenellis,
Et veteri pro libertate ruamus in arma
Martia, fundentes dulcem cum sanguine vitam.

Psal. 144.
v. 1.

1. Mach. 2.
v. 50. 64.

His ergo, o proceres, exciti, surgite alacres
Surgite in antiquam virtutem, animosq; viriles:
Afferite & nostram cum libertate salutem:
Nec sinite, Osmanidas pradones, crimine partas,
Christi adum tot vertere opes in viscera nostra.
Quin capite arma manu: deq; hoste hoc sumite iustas
Injuncti toties fuso pro sanguine penas.

Ibid.

Ibid. v. 68.

Non etenim est hominis pugna hac, sed pugna IEHOVA:
Afferet ille suam causam, invictusq; feroces
Adversus Mahometigenas tutabitur. Ergo
Nil desperandum, Christo duce & auspice Christo.
Rex superum ille potens, Deus & ter ubiq; tremendus,
Princeps armorum est, superari nescius armis:
Immensum cuius commendant brachia robur?
Nil illo majus, nil est sublimius uno:
Est Deus ille audax, qui magna ingentia motu
Facta patrare potest: valido qui robora scepro

2. Paral.
20. v. 19.
Deut. 1. v.
30.
Exod. 14. v.
13. 14.

Psal. 118.
v. 14. 15.
Luc. 1. v. 51.
Iob. 11. v.
8. 9.
Jerem. 32.
v. 19.
Ioel. 2. v.
21.

B

3

Cuncta

21.

6.

Pfal. 77. v. *Cuncta domat : fera qui jaculatur fulmina dextrâ*

19.

Esaiæ 64. *Terribili : populi ille sui rectorq; paterq;*

v. 16.

Ille suis rupes : ille est fortissima semper

Pfal. 31. v. 4.

Turris ; inexpugnabilis arx , atq; anchora fida.

Proverb.

18. v. 10. *Ille aderit nobis medio in discrimine pressus :*

Pfal 91. v. *E tenebris lucens densis , è turbine vincens :*

15.

Pfal. 91. v. 4. *Nos teget ille suis alis , tectosq; fovebit :*

Pfal. 18. v. *Ille animum nobis viresq; audentibus addet :*

33. & seq

Nec sinet insidijs aut turpi occumbere letho.

Ille dabit , ferro ceu secta renascitur hydra ,

Vt nostræ crescant ipso in certamine vires.

Exod. 14. *Ille velut quondam tumidum Pharaona sub undis*

v. 28.

Pfal. 78. v. *Mersit Erythraeis : transirent cum vada sicca*

13.

Isacida : velut & lapides jaculatus in hostem est

Iosua 10.

Vltor Amorrhæum : Phæbo Phæbeq; rubore

v. 11 13.

Stantibus attonitis , rigida & spectantibus arma :

Sic etiam Scythicas gentes , aliosq; tyrannos ,

Qui laqueo , gladio , flammis qui perdere gaudens

Christicolas , justâ disperdet funditus ira :

Pfal. 2. v. 9. *Sternit ut allisis sigulus vas fictile testis ,*

Pfal. 85. v. *At sua sincerè populum mandata professum*

10.

Aspiciet vultu placido ; dubijsq; benignam

Rebus opem feret , atq; omni tutabitur ævo.

Turca ferox , sata gens Erebo , fex improba mûdi.

Ioel. 3. v. *Et scelerum sentina , tibi qua causa potenti*

4.

Pfal. 2. v. *Insultare DEO , cæli super arce sedenti ?*

2. 4.

Christicolisq; suis funestum indicere bellum ?

Et longam immensi telam exercere furoris ?

Deplorata anima ! quoniam insanire voluptas

Est miseris , sapremo agite insultate Tonanti :

Esai. 8. v. 9. *Marte cietepios , cursumq; urgere nefandum :*

10.

Non tamen hac rabie Scythicâ , Stygiog; furore

Dan. 7. *Romanum Imperium aut Ecclesia sancta peribit.*

Matth. 16.

v. 18.

N 4100

Nam verbo IOV AE, quo terra polusq; tremiscunt;
Saxea ceu rupes stant firma, immotaq; stabunt.

Nempe Deus, vana nescit qui fallere voce,
Cujus est in manibus mundi regna omnia penant;
Extremo huic regno, ferri de semine creto,
Annuit invictum robur, stabilemq; vigorem:
Donec summa dies, atq; ultima linea rerum
Atteret extincto pereuntem tempore mundum.

Tum vero laxis supera compagibus aethra,
Ingens absq; manu montis de vertice saxum
Decidet; immanem feriens ad crura Colossum,
Regnorum mundi effigiem: plantasq; rigentes
Pulveris in faciem rediget: quem turbine venti
Corrumpunt magno: gentes tunc nulla potestas
Excipiet: sinem sed regnis arbiter orbis
Ipse dabit: tunc est passim aurea secula current,
Qualia sublato Paradisi viximus horto.

Vtq; nec ex limo ferrog; fit aerea massa,
Hac nec in argentum, subvumq; resolvitur aurum:
Sic quoq; regnorum series hac ultima retrò
Haud referens passus iter omne revolvat ad oras
Et populos Asia; Turcaeque colla domanda
Nunc dat, & hinc ad Persas Assyriosq; feroces.
Non ea regnorum series est: sed vice versa
Acapite ad calcem, mundi q; à cardine Eo
Solis ad occasum. Quid? quòd nec plura revellet,

Quam tria, de quarta ferratis dentibus, ore
Terribilisq; fera cornuta, cornua cornu
Parvum, blasphemum, horrendum, sub fronte renatū:
Ut linguam solvens satis, oracula quondam
Hec cecinit Daniel divino numine plenus.

Ipsa etiam, licet exul in orbe, Ecclesia sancta
Numine freta Dei, verbo fundata potenti,

Num. 23.

v. 19.

Dan. 2. v.

21.

Ibid. v. 41.

Ibid. v. 44.

Ibid. v. 36.

45.

Ibi. v. 34.

35.

Dan. 7. v. 8.

20-14.

Pl. 67 v. 1.

stabis.

6.

*Stabit in aeternos, sed non superabilis, annos,
Nempe adeo validis firmata est viribus; instar
Et fundamenti, Verbi sub rupe locata:
Ut vis nulla hominum, nec porta potentis Averni
Pravaleat contra, victamq; evellere possit,
Et fundo excussam propria è statione movere.
Huic modo persugium fessa, victumq; beatum
Sufficit, & requiem Romana potentia gratam:*

*Dan. 2. v. 40. Maxima qua rerum, cecinit si vera Propheta,
Ante avi finem, regnum sine fine tenebit.
scilicet antiquis hac è radicibus orta,*

*Ezech. 31. v. 3-8. l. c. q. Illa virens est arbor, agens se leta per auras,
Sacra comam, veneranda, augusta, insignis, opaca,
Pulcra modis miris, caput inter nubila condens.
Culta Dei palmis, & tot servata per annos:
Robore cui verbi, vite arbor vivida, Christus
Fulciri immotam dedit, & contemnere ventos.
Ingentes cuius ramos, & brachia lata*

*Dan. 4. v. 7. & l. c. q. q. Assyrius quondam vidit per somnia Caesar.
Hac nunc iussa virere solo, & protendere ramos
Felices: è fronde pijs umbracula prabet,
Et sedes iutas, spargitq; è germine victum.
Salve arbor frondosa, Deo plantata: comisq;
Perpetuis avum flore inviolata per omne.*

*(urbes
Turca quid ergo furis? mæstus quid planctibus
Comples? quid nostrum terres formidine mentes?
Multa licet facias, licet omnia sava mineris:
Nil tamen arma pijs tua, nil rabida ira nocebit.
Non etenim auxilio cærum Deus ipse relinquet,
In quo nota sui vox & reverentia verbi,
Se novit celebratq; Deum; sibi militat uni.
Ipse aderit: dux noster erit, quaecunq; cadet fors.*

Robur

Robur & auxilium nobis est IOVA, salusq;
Et scutum, & gladius, spes certa q;, & anchora sacra:
Infesto quamvis adverso fulmine fati
Percutiamur, & excipiant nos mille pericla.
Non igitur nostros animos circumvenit horror:
Terrificusq; pavor mœrentia pectora quassat:
Terra licet tremat horrissono concussa tumultu,
Aut orbis fractus ruat: aliq; in æquora montes
Volvantur: tumidumq; procellis saviat æquor
Æolijs, quibus & scopulos. montesq; flagellet:
Urbs tamen illa DEI, celsi rectoris Olympi,
Quam sibi delegit sedem, propriamq; dicavit;
Largiflue dulcis lymphæ exhilarata liquore,
Cincta suis muris, non deturbabitur ullis
Viribus. Ipse etenim, ne vis occulta quietem
Urbs sollicitet: timor & ne pectora turbet
Hosticus, Omnipotens fovet hanc: gentisq; saluti
Ipse sue intentus, seculo tutabitur omni:
Præveniens ope cœlesti discrimina cuncta.
Ipsius ad vocem (nam res hominumq; Deûmq;
Æternis regit imperijs, & fulmine terret)
En pavidâ reprobæ trepidant formidine gentes:
Et rapidâ pereunt vastissima regna ruinâ;
Motuq; horrendo tellus labefacta fatiscit.
At tremebunda tenens Zebaothi nomina IOVA,
Partibus à nostris præsens stat, robore pollens:
Nosq; suo regit auxilio, tectosq; tuetur.
Huc agite ô gentes, mirandaq; facta Tonantis
Cernite: quàm validas urbes vastavit in orbe!
Cernite, quàm magnas immensa potentia vires
IOVAE habeat! belli ut funesta incendia tollat
Flebilis! ut validos arcus & spicula frangat

Psal. 47.

v. 2.

v. 2.

v. 4.

v. 5.

v. 6.

v. 7.

v. 8.

v. 9.

v. 10.

C

Ferrea

6.

Ferrea! falcatas absumat ut igne quadrigas!
 v. 11. Cernite, terribilis quàm sit Deus atq; tremendus!
 Illius & vires jactura discite vestra.
 v. 12. Praesidio nobis DEVS est, roburq; salutis:
 Partibus à nostris qui stat, DEVS ille IEHOVA.
 Psal. 91. v. Ille suos praesens damno servabit ab omni:
 15. Nec sinet, immerita Christus quos morte redemit,
 Tam fada ut Scythico stamus prada tyranno.
 Psal. 94. v. Scit DEVS hac; nec enim, nitidos qui finxit ocellos,
 9. Hunc quicquam latet. At Scythico quòd ab hoste crueto
 Tob. 12. v. Nunc bello premimur; nostram vult ille probare
 13. I. Pet. 1. v. 7. 9. Per mala multa fidem: vinci qua gaudet: at illa
 Gen. 32. v. 28. Sub cruce cum vincit, fulgens sit laurea nobis.
 Fallor? an & nostra luimus perjurya gentis?
 Heu! nulla est probitas hinc nostra. ò dedecus ingens!
 Psal. 51. v. Quod sumus, omne sumus vitiorum sordida massa:
 5. 6. Semper & ante oculos (heu!) culpa pendet imago
 Luc. 18. v. Tam spurca: ut pudeat praeculpis astra tueri.
 13. Non tot Trinacrià flores nascuntur in Hyblà:
 Lucida nec fulgent tot in aethere sidera: quot nos
 Et quanta exagitant horrenda pondera culpa.
 Vsq; adeo sanctum numen, cunctisq; verendum,
 Quotidiè justam nos irritamus ad iram.
 Nam veluti, lato quoties exuberat anno
 Ditiior autumnus, vindemia leta racemos
 Multum onerat gravidos, & spumant ebria prala:
 Gen. 18. v. Sic scelus humanum, exsuperans finemq; modumq;
 20. Aestuat, & propria cumulatam mole laborat:
 Levit. 26. Ipsa dolens sceleris medicinam copia poscit,
 v. 14. & Vltrices penas, bellumq; luemq; famemq;
 seqq. Quis merito luimus nostra contagia culpa.
 Turca quid exultas, furioso percitus aëstro?

Non

Non tibi; sed DOMINO, Domino super arce sedenti,
Qui pius & facilis DEVS est, veniaq; paratus,
Haud aliquem abijciens, vitæ delicta dolentem
Transacta, soli huic Domino scelus omne patratum.

Psal. 51. v. 8.

Psal. 103.

v. 8. & seq.

Psal. 51. v.

6.

Ah Turca infelix! tuate vesania perdet.
En! rex major adest: tua qui fera colla domabit;
Victor ovans spolio, & multo sublimis honore.
Vera loquor: nec vana fides, tibi namq; tuisq;
Exitium spondent divina oracula præsens.

Nam licet in sanctum catum vincatq; Christi

Ezech. 38.

v. 9. & seq.

Ipse ruas cecâ rabie, numeroq; carente
Milite: fulmineo subvertens omnia ferro:

Adq; tuum nomen populis per sicca vagetur

Ossa pavor gelidus: tamen Israël in altis

Montibus: ipse colit vasti quos rector Olympi;

Ezech. 39.

v. 2. & 4.

Pura ubi salvifici resonant oracula verbi;

Spiramenta animaribi magnâ strage tuorum

Victo rumpentur: fiesq; rapacibus esca

Vulturibus, rabidisq; feris avidissima prada.

Nam cito tempus erit: jamq; illucescet acerbo

Joel. 2. v. 1.

2.

Illa dies, miseris nil formidantibus, ortu:

Atra dies, horrenda dies, & plena timoris:

Quâ multis aderit comitatus millibus Heros,

Matth. 24.

v. 31.

Rex superum, vultu iudex atq; ore severus:

Qui mala retribuens te, crudelissime furum,

Pugnantem collo frustra, atq; insueta rudentem,

Turbine corripiens, terra ima in viscera trudet:

Apoc. 19.

v. 20. & c.

20. v. 10.

Fletus ubi sîridorq; ingens: ubi nocte profunda

Ignivomi eructant graveolenti sulphure fumum

Montes, vipereisq; accincta est turba flagellis.

QVOD superest, horum qua sit medicina malorum:

Nunc dicam: vos ô animis advertite vestris.

C 2

Infanda

6.

Esaiæ 59. Infande quoniam tam longa examina culpa
Exstimulant justam divinum numen ad iram:
Utricesq; manus scelerum, panasq; reposcunt:
Eja agite, ô quicumq; malè accelerastis agendo
Hanc pœnam, vasto peccati gurgite mersi:

2. Corint.
6. v. 2.

Iona 3. v.

4.
Esaiæ 1. v.

17.

Dan. 7. v.

3. 20. 24.

Esaiæ. 10.

v. 5.

Joel 2. v.

12.

Ibid. v. 13.

Iam, dum tempus adest, patet & dum janua, & antè
Quàm concessa quater denum effluat hora dierum:
Exuite ingenium: perversos linquite mores:
Atq; odio scelerum vitam emendate nocentem.

Nam si pergemus scelus in scelus addere: Turca
Impietas dabit hac vires atq; omina leta.

Cui licet Omnipotens, regum rex maximus, orbis
Totius imperium non assignaverit, & jam
Cornua de denis iria magna avulserit ipse:

Virga Dei tamen est feriens, durumq; flagellum,
Terga hominum pulsans, quos lubricus abstulit error.

Hinc IOV AE nutu, tantis savissimus ausis
Iussus obire DEI mandata, & pellere noxam,
In miseros ceu pernicies pernicibus alis

Cum strepitu irruit, horrissonis circumdatus armis;
Inq; suo properans meditatur vulnera cursu;
Tantoq; à nobis poscit cum sanguine pœnas:

Ut fermè in cineres abeat Germania: nec sit
Nobile Casareo reliquum de nomine regnum.

Ergo agite ô cives cives: agnoscite culpam;
Et scelerum seriem motu meliore dolete:

Conscia mordaci conscindite corda dolore,
Non vestes: gemitusq; pios sub corde prementes,
Ad IOV A M vestrum vestras convertite mentes;

Qui bonus est, facilisq; parens, venieq; paratus,
Et piger ad pœnas, & justam tardus ad iram:
Qui cum triste aliquid statuit, sit tristis & ipse.

Quis

Quis scit, an irato melior sententia mentem
Vertet: ut effusi monumenta relinquat amoris
Prateriens. Nec enim pereuntis cernere mortem
Vult hominis, vitiorum immensa mole gravati:
Sed magis, ut doleat transacta crimina vita:
Et gemitu imploret veniam, secumq; beatis
In cœli regnis aeternâ luce fruatur.

Vna mali hæc medicina: preces sunt altera crebra,
Ardentesq; piæ: valent qua flectere sola
Iratum numen, meritasq; avertere pœnas.

Qualis at optatas qui vult decerpere messes,
Terret aves, sterilesq; extirpat falcibus herbas:
Talis ad athereas qui vult se attollere sedes,
Et IOVAM precibus justis in vora vocare:

Abijciat mœstâ pavidâq; obstacula mentis,
Quæ pudor huic aut peccati gravis incutit horror:
Accedatq; fide plenus: precibusq; fatiget
Sollicitis Dominum: vanâ qui fallere nescit
Voce: tenax sed polliciti, veraxq; bonusq; est.

Sic tandem audenti fidei certamine pugnans;
Atq; DEO, quamvis duro, constanter adharens,
Digna trophæa feret: casusq; ereptus ab omni,
Ante ipsum aeternâ servatus luce fruatur.

Sic quondam, varias loca dum per inhospita gētes
Marte quater geminis lustris atroce coërcet;
Sapius à populo, pœnam nuditate merenti,
Deflexit precibus Moses extrema pericla.

Fauce siti pressâ, tibi sis, fortissime Simson,
Mille virum domitrix asini maxilla reperta,
Ad piâ vota precesq; suas undantis aquâi
Humorem emittens, restinxit guttura anhela,

Afferuere preces trēs in fornace sedentes

C 3

Ignitâ

Pbi. v. 14.

Ezech. 33.
v. 11.

Iacob. 1. v.
6.

Psal. 33. v.
4.

Exod. 32.
v. 12.

Num. 20.
v. 6.

Num. 21.
v. 7.

Iudic. 15.
v. 17. 18.

6.

Dan. 3. v. Ignita iuvenes: Daniele ex ore leonum:

92.
Dan. 6. v. E Ceto Ionam: precibus, ceu fortibus armis,

28.
Turba Deo fidens gentes devicit & urbes

Ion. 2. v. II. Innumeras, claros referens ex hoste triumphos.

Hebr. 11. Qualiter Ahasides, nulli pietate secundus,

v. 33. Iustitiâq; minor: querulâ cui voce precanti

4. Reg. 19. Esaiæ 37. Auxilium IOVAE, minitane extrema tyranno
Cuncta ipsi Assyrio, subito victoria caelo

Missa venit: quando per amica silentia Luna

Angelus hostili madefecit sanguine campos.

Augustin. lib. 5. Civ. c. 26. Qualiter & magnus Theodosius, optimus ille
Induperatorum; mare cui pugnavit & aether,

Et conjurati venere ad praelia venti.

Vsq; adeo nullius inexorabilis aurem

Syrac. 2. v. 12. Quæstibus occludens, despexit vota IEHOVA.

Et dubitamus adhuc precibus prosternere Turcas?

Arma preces sunt Christi adum victricia casta;

Turris & arx invicta: preces mala cuncta repellunt:

Vim reprimunt Stygiam, Mahometigenâq; furores:

Syrac. 35. v. 21. Perrumpunt densas nubes, cælumq; penetrant:

Et IOVAM invicto pollentem robore vincunt.

Ergo cruentati quoniam nunc undiq; Turca

Nos quoq; bella premunt: (quid enim non ante malorû

Perpepsi sumus? ab miseri atq; doloribus agri!)

Conversi ad Dominum, tundamus peçtorâ veris

Peccatorum odijs; oneremus & athera votis:

Ioel. 2. v. 17. Vt sator omnipotens rerum, & suprema potestas

Respiciat miseros clemens, peccasse dolentes;

Et validum tanto quassatis turbine rebus

Afferat auxilium: nec, quos semel ipse recepit,

Hæredesq; suos dixit, patiatur acerbis

Affligi exemplis, aut turpi occumbere letho;

ipsa

*Ipsa etiam, qua nos miseros atrocibus urgens
Aucta malis, bonus avertat bella, horrida bella.*

His Deus omnipotens & amore incensus & ira

Ibid. v. 15.

*Insurget: populiq; sui geret impiger ipse
Curam: spesq; lubens nostras explebit: & omnem
Subducet panam, ac sortem frenabit acerbam.*

Ipsam etiam Turcam, furias & bella minantem,

Ibid. v. 18.

*Excutiet procul: ut nudis illisus arenis,
Exul & infelix extrema ad septa vagetur
Oceani: huic ubi consumet fera viscera morbus,
Sordeat obsceno miserum ut fœtore cadaver.*

*Eja igitur DEVS alme, tua fidissime gentis
Custos, ecce tuas invadit barbarus hostis*

Psal. 69.

v. 1.

Terras: Turca ferox ritu tua templa profano

Spurcat: Christi adumq; tibi quis mente placere

v. 2.

Sincerâ cordi est, projecta cadavera passim

Prædonum rostris (heui!) lanianda volucrum,

Dentibus aut rabidum prostant laceranda ferarum.

v. 3.

Vidimus innocuo repletas sanguine fossas:

Sanguinis & rivos fluentes vidimus, instar

Torrentis: lateq; per agros funera sparsa:

Nec miseris quisquam supremos solvit honores.

En! ut nos nasus suspendant accolæ aduncis;

v. 4.

Tam probrosa sumus vicinis fabula facti?

Ecquis erit modus eja tui, mi IOVA, furoris?

v. 5.

Siccine, ceu stipulas, isthac nos flamma vorabit?

v. 6.

Verte tuum potius tot in impia regna furorem:

Quæ tua nec norunt, nec adorant numina. Perde

Hostes perde, tuum populum qui perdere gaudent

v. 7.

Ceu lupo infrendens, rabido quem dente vorarunt:

Cuius & (en!) caulas quoque diripere misellas.

v. 8.

Sordemus vitijs; vitijs (heui!) cor labat egrum:

Ne

*Ne scelera ah ne sint tibi mente repōta priora:
 Ne vultus averte tuos: ne contrahere frontem:
 Sed miseros miseratus, opem fer, & eripe noxis:
 Parce reis DEVS ò, neu plectere perge merentes:
 Assere at auxilio, sic ut tibi gloria surgat.*
*v. 10. Cur patiare, DEVS, gentes, quas nominis hostes
 Esse tui nosti, jactare hac spūta loquendi:
 Ecce ubi nunc Deus est, simulatum numen eorum?
 Eja age summe Pater, scelerum justissime vindex,
 Insurgens irā Geticas ulciscere gentes?
 Et meritas ab eis fuso pro sanguine pœnas*
*v. 11. Exige: vincitorum ah lacrymas humilesq̄, quevelas
 Aspice: nec gemitus aversa respue mente:
 Quosq̄ nec irabies truculentaq̄, destinat hostis
 Ira, tuā dextrā presenti subtrahere letho.*
*v. 12. Tu preme bellorum sceleratos cladibus hostes:
 Invisumq̄, genus justo prosterne furore:
 Corripe scuta manu: & ludibria cuncta repende,
 Inq̄, sinus hostiles multiplicata refunde.*
*v. 13. Nostra tuam videant vindictam lumina: & ipsa,
 Quae tibi se propriam dicat uni mente fideq̄,
 Te ferat aeterna sublimem Ecclesia laude.
 Spe, plenum cor ò exspectet, quod lingua precatur:
 Et cupidum constans firmet patientia pectus,
 Fisa DEO: facile omne malum fit nempe ferendo.
 Cuncta fremant: subeat delirans tempora mundus*
*Pfal. 18. v. 31. Naufraga: solus erit nobis DEVS anchora sacra,
 Ille suo clypeo nos in discrimine quovis*
*Ibid. v. 36. Protegit: ille manus habiles ad praelia reddit:
 Ibid. v. 33. Ille animis vires, & nescia pectora frangi
 40. Sufficit: & vivum nobis per membra vigorem
 Diffundens, valido distendit robore nervos,*

Hoc

Hoc duce, & hostiles salvi pererrumpere turmas
 Possumus: & ferro validas excindere turres:
 Et vastum omnigenum pelagus superare malorum:
 Deniq. ad astrigeri conscendere culmina caeli,
 Quò magis ergò potens blasphemus milite Turca,
 Infandumq. animum Stygiâ caligine mersus,
 In cœtum IOVAE addictum, turbamq. pusillam
 Sanctorum, spirat crudelia fulmina & ignes:
 Christi adumq. suas, sceleratis efferus ausis,
 Cæde lavare manus gaudet: nomenq. verendum
 Quò magis Imperij Romani expungere tentat:
 Quò magis ipse etiam Stygius Leo circumit orbem,
 Exagitans homines æstro (miserabile visu)
 Pestifero: & querens rabido quem devoret ore:
 Tantò instare tui propius, Rex optime regum,
 Adventus horam confidimus: athera quando
 Mugitu quatiet celsum tuba Martia raucò:
 Et rediviva suis excubit functa sepulcris
 Corpora: & incipient pompa, optatiq. triumphi.
 Eia veni bone CHRISTE: veni ter magne Redemptor! Apoc. 22.
 En! quanto desiderio te vota tuorum v. 20.
 Expectant! ah rumpe moras: facilisq. bonusq.
 Eja veni bone CHRISTE: veni dulcissime IESU.

Ib. v. 30.

1. Pet. 3.
v. 8.

2. Thess. 4.
v. 16.

Apoc. 22.
v. 20.



D

ANA-

6.



ANAGRAMMA

DE NOMINE REVERENDIS-
simi ac Nobiliss. Domini IOANNIS LOESERI,
Electurae Saxonicae Marischalli hereditarij, & Prae-
positi Cathedralis Ecclesiae
Numburgensis.

IOANNES LOESERVS.

Iustitiae rectique tenax, fideique probatae,
Dum studium sanctae religionis amas:
Depellis que lupos avidos in ovilia Christi:
Officii que tui munia laetus agis:
Vtile vas merito sanctumque IN SOLE SERENO.
Iustitiae Christo, maxime Praesul, eris.
Hoc ONERIBUS vasto sis. O fortisque VALENSQUE!
Sufficiat vires sic tibi dia Trias.

E. R. L.



DE EODEM
NICOLAI REVSNERI
R. I. I. G. Anagrammata.

I.

L. OESERVS
S. O. L. V. E. R. C. E. S.

IOANNES LOESERVS
SANÈ SOL ES IN VERO.

Dulcis amor veri, sine fraude doloque coruscat:
Aethere ceu Phoebe, Phœbus & ipse, nitet.
IN VERO SANÈ sic SOL ES splendidus ipse,
Cultor & Astrææ, *Iane*, Dicesque pius.
Vendere nec vanos circa pallaria fumos,
Plaudere nec populo doctus es ipse levi.
SOL VERÈS veri: SINE VANO crimine SOLERS,
Ac prudens, animo sanus, & ORB VALES.
Tu patriæ RES SOLVE, quibus modò pressa labo-
rat,
Quod facis: & RE sic OS animumque LVES.

II.

IOANNES LOSERVS
SINE VANO SOLERS.

Multos prava iuvat vanæ solertia mentis:
Mille sit ut fraudum mens adoperta dolis.
Fraus hæc, non laus est: SINE VANO candida virtus,
In vero SOLERS scilicet una manet.
In vero sic es, VANO SINE nomine, SOLERS,
Splendor & ô Equitum, *Iane*, fidelis amor.
Religio tibi vera placet, doctrinaque vera:
Vana superstitio displicet atque dolus.
Fraude carens virtus & mens te nobilis ornat:
Quam decorat morum cum gravitate lepos.
O quam rara avis est nigroque simillima cygno,
Mens si non vanis est temerata dolis!

IOAN-

IOANNES LOESERVS.

Quantus es, es lepidum caput, Ô LOESERES; le-
pore

Os scetet, ac niveo lingua diserta sale.

Candidus es pariter, linguaque & pectore verus:

Semper & es niveæ simplicitatis amans,

O NIVEO sic, *lane*, SALES pius, usque lepore

ORNES, & populis gaudia multa feras.

Quique est in caris animi tibi candor amicis,

Haud careat nervis, comprecor, iste suis.



Be 231

8

Di.

ULB Halle 3
002 690 756




56.

VD77








XXXIV

36



ELIAE REVSNERI
LEORINI


CORATIO
CONTRA
FVRORES TVR-
CICOS

Παραμυθητική

Recitata in Academia Salana Prid. Cal.
Ianuar. ineuntis anni M. D. XCV.

&

REVERENDISS.
NOBILISSIMO QVE DO-
mino IO ANNI LOESERO, *Electura*
Saxonica Marischallo hereditario, & Prapo-
sito Cathedralis Ecclesie Numburgensis,
summa observantia ergo
dedicata.



IENAE

Ex Typographico Tobia Steinmanni.

35.

